

# Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. 4.

1882.

Inhalt: I. Responsum SS. D. N. Leonis XIII. allocutioni Praesulum solemnibus canonizationis causa. — II. Officium divinum in festo divi Thomae Aquinatis. — III. Ueber Paramentenstoffe. — IV. Nichteinziehung der Intercalareinkünfte in den Religionsfond. — V. Stiftlinge in den Clerical-Seminarien. — VI. Ob ohranjenji in popravljani starih spomenikov cerkvene umetelnosti. — VII. Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis auctore Joanne Gregorio Thalnitschero (continuatio). — VIII. Ali sme biti ženska za pričo pri cerkvenej poroki? — IX. Einflügung der Kirchencapitalien-Bücherrückstände. — X. Literatur. — XI. Firmung. — XII. Concursverlautbarung. — XIII. Chronik der Diözese. — XIV. Erhöhung des Pränumerationspreises.

## I.

Responsum SS. D. N. Leonis XIII allocutioni, quam coram Eodem habuerunt Praesules qui Romam convenerant solemnibus canonizationis causa

### Venerabiles Fratres

Periucundum solatium, quod acta vobiscum solemnibus nuper Nobis attulerunt, augetur ac prope cumulatur hodierno die, cum et vos loco tam frequentes intuemur, et sapienter graviterque dicta consideramus, quibus est huius frequentiae vestrae causa ratioque declarata. Fides enim et pietas erga Iesu Christi Vicarium permovit unumquemque vestrum: qui auspiciis redeundi ad vestras sedes tunc optima fore censuistis, cum vestrae in Nos observantiae essent renovata testimonia. Qua in re nec dubium divinae benignitatis vestigium, nec mediocris curarum Nostrarum consolatio inest. Nihil enim potest magis gratum optatumque contingere, quam ut singularum Ecclesiarum Episcopi summa animorum concordia idem ac Nos velint, idemque sentiant, non officio solum et munere, sed etiam gaudiorum et molestiarum voluntaria communicatione Nobiscum coniuncti. In hac quippe conspiratione et velut concentu animorum expressa imago et forma perspicitur unitatis eius admirabilis ac plane divinae, ex qua fortitudinem suam et robur ducit Ecclesia catholica, atque ipsas adversariorum mentes tum invictae magnitudinis admiratione percellit.

Huius rei causa, diviti in misericordia Deo et agimus gratias et habemus, exemploque Filii sui enixe petimus, ut omnes quotquot sunt christiani perpetuo et constanter *unum sint . . . et sint consummati in unum*; eodemque tempore vobis, Venerabiles Fratres, libenter profiteamur gratum animum et caritatem Nostram benevolam, quae eximio amoris vestro pariter aequaliterque respondet.

Atque huius concordiae, quam diximus, nunc est et Nobis necessitas maior, quod qui rem christianam gerunt, iis maxime sunt difficultates superandae, vehementesque perferendi dolores. Audacius enim et licentius, suam fortasse alias unquam aetate hac nostra cum Ecclesia Christi, cum Deo ipso exercentur inimicitiae: ardent omnia sacrilego et detestabili bello, cuius acerbior in hanc Sedem Apostolicam est modo vis et flamma conversa. Quod autem intolerabile est, ea oppugnatur auctoritas divinitus instituta, quae spem salutis in praesenti rerum discrimine praecipuam et exploratam afferret. Revera si quid est, quod possit indomitas hominum cupiditates compescere, si quid effrenatam insolentia multitudinem in officio continere, id maxime Ecclesia catholica virtute sua, et doctrina, et legibus potest. Neque minor est stultitia aut temeritas insectantium hostili odio Pontificatum Romanum, quem si nihil aliud, at certe res ab eo gestae at collatae in omnes gentes beneficia tueri deberent. Atque

utinam gens italica prae ceteris intelligat quidquid operae in Romani Pontificis libertate iuribusque vindicandis collocatur, non in periculum, ut saepe diximus, sed in mansuram prosperitatem magnitudinemque italici nominis redundare.

Interea, Venerabiles Fratres, ad nos quod attinet, propositum constanter habeamus tamquam finem, officium insistere, et communi hominum, vel inimicorum, saluti diligentissime servire. Eruditi enim sumus disciplina et exemplis principis Pastorum Jesu Christi, qui cum sibi male diceretur, non male dicebat, mundumque divinitus sanavit invitum ac repugnantem. Nos pari modo necesse est, ut nosmetipsos incolumitati populorum devoveamus, et quanto in nos vehementius homines invehuntur tanto illos fortius diligere, et Deo auspice et adiutore, liberare contendamus.

Ceterum, in tanta rerum ac temporum conversione, peropportunam Nobis et Ecclesiae universae opem confidimus allaturos viros sanctissimos, quibus coelestes honores superioribus diebus decernendos curavimus. Hac freti iucundissima spe, vobis omnibus, Venerabiles Fratres, et populis fidei vigilantiaeque vestrae commissis, bonorum coelestium auspicem et praecipuae benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimur.

## II.

# DECRETUM

## URBIS ET ORBIS

### CIRCA OFFICIUM DIVINUM IN FESTO DIVI THOMAE AQUINATIS

Superiore anno Sanctissimus Dominus noster Leo Papa XIII per Apostolicas Litteras in forma Brevis sub die 4 Augusti datas quamplurimum Dioecesium sacrorum Antistitum aliorumque Virorum scientia, pietate atque ecclesiastica dignitate eminentium votis obsecundans, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto Angelicum Doctorem, Sanctum Thomam Aquinatem, cunctis Catholicis Universitatibus studiorum, Academiis, Lyceis et Scholis peculiarem apud Deum dedit patronum. Quo autem huiusmodi sollemnis actus in sacra quoque liturgia perennis extaret memoria Sanctissimus idem Dominus Noster voluit ut tam in Lectionibus historicis Breviarii quam in Martyrologio mentio de hoc fieret; quod Sacrorum Rituum Congregationi exequendum commisit. Hinc ad mentem Sanctitatis Suae novae Lectiones historicae necnon addenda ad elogium in Martyrologio elucubrata sunt, quae a me infrascripto Cardinale Sacrae eidem Rituum Congregationi Praefecto subsignata die exhibita, prouti huic praeiacent Decreto: idem Sanctissimus Dominus Noster Suprema auctoritate sua approbavit, mandavitque, ut ea ab universae Ecclesiae Clero tum Saeculari tum Regulari, haud excluso Praedicatorum Ordine, in posterum recitari debeant, suppressis omnino Lectionibus secundi nocturni in Officio praefati Sancti Doctoris hucusque adhibitis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 Octobris 1881.

D. Card. BARTOLINUS S.R.C. Praefectus

L.†S.

Pro R. P. D. Placido Ralli Secretario  
Ioannes Can. Ponzi Substitutus.

## III.

**Ueber Paramentenstoffe.**

Sequens e Secretaria S. Rituum Congregationis emanavit monitum.

Etsi s. Congregatio Rituum saepe illicitum declaraverit usum casularum, aliorumque similium sacrorum paramentorum ex tela gossypii aut lini aut etiam lanae confectorum; attamen a nonnullis fabricatoribus harum telarum, paramenta eiusmodi ita venundantur, quasi ab ipsa s. Congregatione nunc eadem permissa fuerint. Ad omnimodam igitur tollendam, in re tam gravi, falsam opinionem, monentur Revmi Ordinarii Dioecesium, decreta jam emanata, quoad hanc rem, ab eadem s. Congregatione, in sua plena permanere vi ac robore, neque ullam existere nuperrimam dispositionem, quae aliquo modo eadem modificaverit.

Ex Secretaria s. Congregationis Rituum, die 28-a Julii 1881.

Placidus Ralli, Secretarius.

## IV.

**Entscheidung des k. k. Verwaltungsgerichtshofes in Betreff der Einziehung der Intercalar-Einkünfte der Pfarre in Unterwarmberg in den Religionsfond, ddo. Wien 8. Februar 1882, Nr. 210 V. G. H.**

Der k. k. Verwaltungsgerichtshof hat unter dem Vorſiße des k. k. Präsidenten Grafen Belcredi, in Gegenwart der Räte des k. k. Verwaltungsgerichtshofes Dr. Postl, von Stransky, Freiherrn von Scharſchmid, Dr. Mezrit, dann des Schriftführers k. k. Hofsecretärs Zabusch, über die Beschwerde des fürstbischöflichen Ordinariates in Laibach, gegen das k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht, anlässlich der Entscheidung desselben vom 29. März 1881, Bl. 2989, betreffend die Einziehung der Intercalar-Einkünfte der Pfarre Unterwarmberg in den Religionsfond, nach der am 8. Februar 1882 durchgeführten öffentlichen mündlichen Verhandlung und zwar nach Anhörung des Vortrages des Referenten, sowie der Ausführungen des Dr. Anton Haßwanger, Hof- und Gerichtsadvocaten in Wien, in Vertretung des Beschwerdeführers, dann der Gegenausführungen des k. k. Sectionsrathes Dr. Ritter von Spaun, in Vertretung des belangten Ministeriums, zu Recht erkannt:

Die angefochtene Entscheidung wird nach §. 7 des Gesetzes vom 22. October 1875, R. G. Bl. Nr. 36 ex 1876 aufgehoben.

Der vom Beschwerdeführer erhobene Kostenersatzanspruch findet nach §. 40 des citirten Gesetzes nicht statt.

**Entscheidungsgründe.**

In Folge des Anerbietens einer Wohlthäterin Namens Helene Valentin, Capitalien von zusammen 8000 fl C. M. zur Errichtung einer Curatie zu Unterwarmberg in Krain zu widmen, wurde die Errichtung dieser Curatie mit A. H. Entschliessung vom 19. Juni 1825 (Hofkanzleidecret vom 25. Juni 1825, B. 19579) unter der ausdrücklichen Bedingung genehmigt, daß diese Seelsorgeanstalt weder dem Religionsfonde, noch sonst einem öffentlichen Fonde jemals zur Last fallen dürfe.

Demzufolge wurde in den mit dem Decrete des illirischen Guberniums vom 12. Jänner 1826, B. 704 genehmigten Stiftsbrief unter Punkt 13 folgende Bestimmung aufgenommen:

„Da sich der Religions- und jeder öffentliche Fond vor jedem Beitrage zu dieser Localie ausdrücklich verwahrt, so kann der Religionsfond auch das Intercalare dieser Localie, wenn sie zeitweilig unbesezt bliebe, nicht wohl ansprechen, daher ich hiermit bestimme, daß die Intercalareinkünfte, wenn die Localie nur provisorisch besezt wäre, von dem



Provisor, wenn sie aber ganz unbefehlt wäre, von der ohnehin armen Kirche zu Unterwarmberg immer . . . . . bezogen werden soll."

Als im Jahre 1880 diese Pfarre in Erledigung kam und ein Administrator für dieselbe bestellt wurde, nahm das Ordinariat für diesen die Einkünfte der Pfründe in Anspruch.

Dieser Anspruch wurde mit der angefochtenen Entscheidung des Ministeriums für Cultus und Unterricht zurückgewiesen, zu deren Begründung angeführt wurde, daß nach den zur Zeit der Errichtung der Localie in Geltung gestandenen Normen, insbesondere nach den Hofdecreten vom 28. October 1783, 20. August und 28. September 1787, vom 24. März 1801 u. s. w. alle Intercalarien dem Religionsfonde zuzufallen hatten, und daß die Stiftungsbehörden nicht berechtigt waren, hievon ohne Genehmigung der gesetzgebenden Gewalt eine Ausnahme zu bewilligen; daß die Bestimmung des §. 13 des Stiftbriefes bezüglich der Verwendung der Intercalarien nicht kategorisch, sondern nur unter der Voraussetzung festgesetzt wurde, daß die Intercalarien für den Religionsfond nicht angesprochen werden, daß aber, auch wenn diese Bestimmung als unbedingt lautend aufzufassen wäre, hiedurch die gesetzliche Verpflichtung zur Abfuhr der Intercalarien nicht berührt werden konnte, endlich, daß diese ausnahmslose Verpflichtung durch §. 59 des Gesetzes vom 7. Mai 1874 R.-G.-Bl. Nr. 50 aufrecht erhalten worden sei, in welchem eine Ausnahme zu Gunsten von stiftungsmäßigen Anordnungen (im Gegensatz zu andern, solche Ausnahmen enthaltenden Bestimmungen des Gesetzes), nicht festgesetzt ist.

Zur Begründung der Entscheidung des Verwaltungsgerichtshofes wird bemerkt.

Zunächst muß die Ansicht des Ministeriums für Cultus und Unterricht, daß die in Frage stehende Bestimmung des Stiftbriefes keine kategorische sei, als unrichtig bezeichnet werden.

Die Stelle, auf welche sich diese Bemerkung des Ministeriums bezieht, daß der Religionsfond das Intercalare nicht wohl ansprechen könne, enthält nicht die entscheidende Bestimmung, sondern bloß deren Motivierung in einer dem Charakter der Urkunde, des zur Genehmigung vorgelegten Stiftbriefentwurfes, entsprechenden Textirung, zu welcher übrigens das illirische Gubernium selbst Anlaß gegeben hatte, welches in dem an das Ordinariat gerichteten Decrete vom 15. September 1825, Z. 14670, bemerkt hatte, daß: „da sich die Stifterin ausdrücklich gegen die Einbeziehung des Intercalares an den Religionsfond wahre, es voraussetzen sei und höchstens mit ein Paar Worten berührt werden könnte, daß auch dem Provisor der volle Genuß der Pfründe cum commodo et onere überlassen bleibe."

Die im Nachsatz des Stiftbriefpunktes 13 enthaltene dispositive Bestimmung, daß das Intercalare dem Provisor und eventuell der Kirche zufalle, ist eine unbedingte, und als solche angenommen und genehmigt worden.

Der Verwaltungsgerichtshof hatte nicht zu untersuchen, ob diese auf eine neu errichtete Pfründe bezügliche Bestimmung mit den citirten älteren gesetzlichen Anordnungen, welche sich auf bestehende Pfründen bezogen, und welche mit den vom Religionsfonde in Bezug auf kirchliche Anstalten übernommenen Verpflichtungen zusammenhingen, im Widerspruche stand und ob das illirische Gubernium im Irrthume war, wenn es die fragliche ausnahmsweise Bestimmung des Stiftbriefes als eine Consequenz der mit der A. h. Entschließung vom 19. Juni 1825 genehmigten exceptionellen Verfügung betrachtete, wornach jede Beitragsleistung des Religionsfondes für die damals neu errichtete Pfründe im vorhinein abgelehnt und sonach die Errichtung dieser Pfründe ohne unbedingte Sicherstellung der Congrua für den Beneficiaten bewilligt wurde.

Denn, auch wenn die Auffassung des Guberniums eine irrige gewesen wäre, so steht es doch fest, daß die Stiftung formell auf vollkommen gesetzmäßige Weise unter der Autorität der hiezu berufenen Behörde zu Stande gekommen ist und es sind dadurch für die Betheiligten Rechte begründet worden, welche von der Staatsverwaltung, als dem einen mitwirkenden Factor nicht einseitig zum Nachtheile der anderen aufgehoben werden können.

Die Behauptung aber, daß dieses, wie erwähnt, formell zu Recht bestehende stiftungsmäßige Verhältnis durch den §. 59 des Gesetzes vom 7. Mai 1874, R.-G.-Bl. Nr. 50 aufgehoben worden sei, widerspricht dem Grundsatz, daß Gesetze auf vorher erworbene Rechte nicht zurückwirken.

Dieser Grundsatz ist auch im citirten Gesetze vom 7. Mai 1874 und zwar in den §§. 22, 53 und 54 desselben ausdrücklich festgehalten worden und es kann aus dem Mangel einer ähnlichen Bestimmung bezüglich stiftungsmäßiger Rechte im §. 59 dieses Gesetzes keineswegs der Schluß gezogen werden, daß bei Intercalarien jener allgemeine Grundsatz nicht gelten soll.

Die Bestimmung des 2. Absatzes des §. 59 findet auf den vorliegenden Fall keine Anwendung, da sie sich lediglich auf gesetzliche Ausnahmen (zu Gunsten der sogenannten mensae communes) und nicht auf Rechte bezieht, die auf singulären Rechtstiteln beruhen.

Die angefochtene Entscheidung mußte daher aufgehoben werden.

## Erlaß des Cultus- und Unterrichtsministeriums betreffend die Stipendisten in den Clerical-Seminarien.

Se. Excellenz der Herr Minister für Cultus und Unterricht hat mit h. Erlaß vom 18. Jänner l. J., Z. 9416 nachstehende Verfügung getroffen:

Mit Staatsministerialerlaß vom 19. April 1865, Z. 3382 ist als Norm ausgesprochen worden, daß Stipendisten, welche in ein bischöfliches Alumnat behufs der theologischen Studien treten, und daselbst einen Freiplatz erhalten, wenn das Institut aus dem Religionsfonde Dotationsbeiträge und letzterer Subventionen aus dem Staatsschatze empfängt, das Stipendium in der Weise und zu dem Ende zu belassen sei, damit das Kostgeld des Freiplatzes hieraus bestritten und der etwaige Mehrbetrag dem Betheiligten zur eigenen Disposition ertheilt werde.

Aus Anlaß zahlreicher Gesuche um Ausfolgung der Stipendienbeträge an die mit Stipendien betheiligten Alumnaten zu deren eigenen Händen, finde ich die vorstehende Norm abzuändern und Folgendes anzuordnen:

1. In den obbezeichneten Fällen sind Stipendien, deren jährlicher Ertrag sich auf höchstens fünfzig (50) Gulden beläuft, den stipendierten Alumnaten zur Gänze auf die Hand auszufolgen, während bei Stipendien höheren Jahresbetrages der Rest über fünfzig Gulden nach dem Eingangs zitierten Ministerialerlasse zu behandeln ist, es wäre denn, daß besondere Gründe für eine Ausnahme von dieser Regel sprechen, in welchen Fällen an das Ministerium zu berichten ist.

2. Sind die Stipendien ausdrücklich oder ausschließlich für theologische Studien bestimmt und die Stipendlinge im Seminare oder Alumnate untergebracht, so ist nach dem Ministerialerlasse vom 16. April 1879, Z. 5324 betreffend die Cumulierung von Stipendien mit Staatsunterstützungen, beziehentlich Stifts- oder Freiplätzen vorzugehen, wobei der Freiplatz im Alumnate nach seinem Geldwerte anzurechnen ist.

3. Jene Stipendien, welche von Hörern der Theologie außerhalb des Alumnates genossen werden, mögen dieselben lediglich für theologische Studien bestimmt oder allgemeine Universitätsstipendien sein, bleiben von den vorstehenden Anordnungen unberührt.

4. Dagegen sind jene Stipendien, deren Genuß ausdrücklich an theologische Alumnate (Clerical-Seminarien) gebunden ist, zur Deckung der Kosten des Freiplatzes zu verwenden, wobei genau wahrzunehmen ist, welche Bedürfnisse speziell aus dem Stipendienetrage zu Gunsten des Stipendisten zu decken kommen. Gegebenenfalls ist die Ausfolgung eines Theilbetrages des Stipendienetrages bis zur Höhe von jährlichen 50 fl. als Handgeld an den Stipendisten zur Deckung solcher Bedürfnisse nicht ausgeschlossen.

## O ohranjenji in popravljani starih spomenikov cerkvene umetelnosti.

Po vseh avstrijskih deželah se temeljito preiskujejo stari spomeniki cerkvene umetelnosti in priobčujejo se te preiskave v posebnih jako zanimivih listih: „Mittheilungen der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Baudenkmale.“ Pregledujoč te zvezke od prvega do zadnjega se prepričamo, da se o Kranjskej kaj malo poroča. Kranjska, katero je Valvazor tako navdušeno slavil zaradi njenih znamenitostij, je oziroma starih spomenikov cerkvene umetelnosti malo preiskovana. In vender se mora tu še marsikaj zanimivega nahajati, vključno temu, da so siloviti napadi Turkov mnoge stavbe pokončali, razvoj umetelnosti zadrževali in prve kalit njene zatirali. Marsikaj se je gotovo še ohranilo iz let 1000 — 1600, kar je za zgodovino umetelnosti tem zanimivši, ker je zrastle na meji, koder se srečuje vpliv germanskega severa in romanskega juga.

Kjerkoli se nahaja kak izdelek umetelnosti iz prejšnjih časov, smo ga dolžni, kolikor je možno, ohraniti že zaradi starinske častitljivosti, ko bi sam po sebi tudi ne imel umetelne vrednosti. Taki izdelki nas nekako vežejo s starimi časi, nam morajo biti dragi in mili in že zaradi tega jih moramo čislati in ohranjevati. Zdaj so take stvari redke pri nas, čim redkeje pa so, tem dražje nam morajo biti one, kar se jih je še ohranilo.

Veliko zanimivega se je gotovo že uničilo, pokončalo, ali pokvarilo pri popravljani, vendar pa se nahaja sem ter tje še marsikaj važnega, kar ima iz tega ali družega ozira kako zgodovinsko ali umetniško vrednost, bodi si kake stare mašne bukve, posoda, podobe, slike, križi, kelhi itd.



Koliko važnih in dragocenih ostankov cerkvene umetelnosti se je po neprevidnosti ali nevednosti porotalo v kot ali pokončalo, ali pa potujočim kupcem, judom, prodalo za prav mali znesek. Koliko lepih in bogato ozaljšanih okovov za vrata se je n. pr. prodalo za staro železo, koliko kelhov se je prelilo, ki so imeli visoko umetniško vrednost! Svesti smo si, da ko bi se povsod „stara šara“ dobro in natančno pregledala, bi se še marsikaj zanimivega našlo in vrednega, da se ohrani. Tu nobena stvar ni premalenkostna. Ker se večkrat zgodi, da se starina, posebno če tvarina ni veliko vredna, recimo železo, baker, mesing, premalo pozna in ceni, se vsaj po nekaterih znamenjih spoznati zamore, ima li kako vrednost ali ne. Ako se na takih stvareh nahajajo kaka imena, napisi, letne številke ali druge opazke, iz katerih se spozna večja starost, naj se izberejo iz stare šare, naj se spravijo in o priliki kakemu izvedencu pokažejo. Potujočim kupcem, ki take starine skupujejo, ni veliko verjeti, kajti nikdar ne bodo hoteli kakej stvari večje vrednosti priznati, že zarad tega ne, da bi jo ceneje kupili.

Vse to kar se še nahaja, naj bi se ohranilo, da se ne bo po nevednosti ali vnemarnosti pogubilo ali pokončalo; nasprotno pa, kjer je kak umeteljni izdelek še skrit ali nepoznan, naj se spravi na dan, in naj se z vso pazljivostjo opisuje.

Sedanjí čas se cerkveno mišljenje bolj in bolj zbuja cerkvena umetelnost začela se je posebno po nekaterih krajih z veliko navdušenostjo gojiti in umetniki iščejo starih vzorov, da po njih izdelujejo nove.

Ravno tako je pri popravljanji velike pozornosti tréba, da se kako umetniško delo ne pokvari. Popravljalo se je neke čase veliko, pa brez ozira na zahteve umetnosti. Gotske cerkve so se morale znebiti svojega značaja kar je bilo le moč. Lepa mrežetina se je izmetala iz oken, šilasti loki so se zazidali, okna so morala dobiti čveterokotno obliko. Kamniti slopovi, stebri, kapiteli, so se ometali z malto, sklepniki, na katerih so se nahajale marsikateré lične in zgodovinsko zanimive podobe, so se na debelo pobelili, lepi kipi ali druge kamnite olupšave so se z oljnato barvo na debelo namazale, ali pa s krtačami odrgnile, da so se lične poteze čisto izgubile, ali da je površina kamna, postala motna in mrtva.

Na kaj je pri popravljanji kamnitih arhitektoničnih členov ali kipov paziti, da se ne bodo bolj poškodovali, kakor popravili, je razvidno iz zgoraj navedenih pravil, po katerih se je treba ravnati.

Temu bi pridjali še to-le:

1. Poškodovani del ali člen, naj se tako popravi, da bo prav tak, kakor je bil prvotni po obliki in po gradivu. Ako so bili kapiteli, zidci itd. iz kamna, naj se napravijo zopet iz kamna, ne pa iz cementa ali žgane ilovice, ali lesa. Kar se tiče oblike je dobro treba preštudirati druge oblike, da se nov člen naredi onim popolnoma primeren.

2. Nahajamo take cerkve, ki niso skoz in skoz zidane v enem slogu; n. pr. kor je gotski, ladija pa romanska, ali renesančna. Pri takem popravljanji ni toliko gledati na to, da bi se dosledno vse po enem slogu uravnalo, marveč da se vse posebnosti vsakega sloga ohranijo vkljub neednosti.

3. Kadar se kaj starega, kar ima zgodovinsko ali umetnostno vrednost, mora zavreči, naj se pa naredi njega obris, ki naj se spravi v arhivu, da bo stvar vsaj po podobi shranjena prihodnosti. J. F.

## VII.

# Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis.

Auctore Ioanne Gregorio Thalnitschero I. U. D.

(Continuatio.)

## CAPUT VII.

### De partibus exterioribus, turri, atrio et iconibus.

Expositis partibus interioribus cathedralis Basilicae, exteriores sunt eiusdem annotandae partes. Ordiamur eas a turri campanaria, et quidem ab illa turri cathedralis Ecclesiae veteris, non vero illius quae immediata hanc antecessit, de qua alio loco, neque quae hanc successit, cuius entis adhuc nullae sunt qualitates. Quando itaque haec turris excitata fuerit, nobis modo incertum; quod vero

ter una cum templo conflagraverit, et quidem primo in festo s. Joannis Baptistae, anno 1361., casu exorto incendio in aula Vicedominatus. Secundo die 27. mensis Junii anno 1386., in suburbio, in domo cuiusdam Fridelini cognominato, excitato et eo propagato incendio. Tertio anno 1469. ab inimico flamma immissa, irruptione immanium Turcarum facta, ut constat ex codice archivii episcopalis et civit. Labacens.; ultimo tandem, ut perhibent Annales Valvasorii, anno 1613. reparata fuit, ad quam reparationem civitas quingentos contribuit florenos. Medietas eius inferna quadrangularem, et superna octangularem formam obtinuit. Altitudinis est usque ad summitatem globi pedum 164. Scalas numeravit seu gradus usque ad tectum 90. Duplicia ei sunt horologia, solare unum, aliud rotatile, in quatuor mundi plagas horas nostro germano more ostentans. Quatuor numerat campanas (non computando minimam, quae missas non solemnes mox celebraturas nunciat) quae his nominibus: „parva“, „quadrantilis“, „media“ et „magna“ ab aedituo distinguuntur. Jam non ingratum lectori fore iudico, si, quando et quamdiu his pulsatur, exactius indicavero.

Mane itaque, ut cum orto die incipiamus, hora sexta, campana media per quadrantem horae pulsatur ad primam missam die feriali; festivali vero hora septima maxima uno integro quadrante et altero parva indicitur ad chorum. Finita concione media campana datur signum, et omni missa cantata et solemni ad quodlibet Evangelium et Elevationem campana quadrantili datur pariter signum. Pulsata hora duodecima majori datur signum meridiei. Hora tertia pomeridiana integro pulsu omnium campanarum, hoc est ordiendo a minima separatim, tum conjunctim indicitur ad Vesperas. Mane summo et vesperi ad crepusculum, christianorum more, magna et tandem minima pulsatur „Ave Maria“ et pro defunctis. Diebus jejunalibus et quadragesimali tempore una hora tardius annunciatur chorus. Die Jovis sancto pulsatur ad matutinum, et ad Gloria sollemnis missae, omnibus per quadrantem horae, dein ligantur nec solvuntur, nisi die Sabatho ad Alleluia sollemnis missae.

Notandum, quod usquedum in cathedrali ecclesia campanae non solvantur et pulsantur, omnes caeterae in urbe ob respectum superioritatis silere debeant et sic in omnibus caeteris majoribus functionibus, ubi in omnibus ecclesiis una sonari solet.

Die festo Omnium Sanctorum ad vesperum pro fidelibus defunctis et sequenti die mane hora octava ad officium pro defunctis ad quemlibet psalmum omnibus pulsatur.

Jubilaeum universale, quod durat duobus mensibus, pulsatur prima et ultima septimana ter de die, mane, ad meridiem et vesperi omnibus; in minoribus, quae 14 diebus durant, tantum semel vesperi ad crepusculum integra hora quotidie.

Canonizationis sollemnitas, quae per octiduum durare solet, pariter pulsatur vesperi post „Ave Maria“ quotidie hic et in omnibus ecclesiis.

Synodus provincialis media septima matutina ter omnibus campanis pulsatis indicitur. In educatione episcopi omnibus pariter datur signum, quod durat donec perveniat ad destinatum locum. Post prandium hora prima pulsatur magna campana per mediam horam ad solitum examen in aula episcopali.

In adventu terrae principis ad homagium suscipiendum quamprimum e longe conspicitur pulsatur hic omnibus et in reliquis omnibus ecclesiis, et durat usque dum ingrediatur Basilicam cathedralem Deo gratias acturus. In electione et creatione terrae principis aut summi pontificis, nec non in illorum obitu triduo vesperi post „Ave Maria“ omnibus integra pulsatur hora.

Die festo s. Jacobi seu electione iudicis civit. hora sexta solito pulsatur ad missam ad altare s. Georgii, et in prima eius deductione ad templum bis omnibus pulsatur campanis, cum procedit et redit e templo.

Restat modo, ut normam quae in funeralibus observatur, videamus. In obitu episcopi, quae Ordinarii loci, triduo, ter de die omnibus pulsatur campanis: mane hora septima, post meridiem et hora quarta pomeridiana incipiendo; quod pariter observatur in funere alicuius principis. In morte maioris nobilitatis duobus diebus ter omnibus, et in obitu ordinarii nobilis tantum, bis de die pulsatur. Ultimo in obitu civis bis, absque tamen majori cum tribus minoribus signum datur, ter tamen in obitu et ter dum exportantur.

Maxima campana honori s. Georgii Mart., tutelaris civitatis dicata, fusa fuit anno 1404. Binas reperi inscriptiones gothicis litteris exaratas, quas lubens descripsissem, ast id binas ob causas praestare non potui; tum ob litteras exoticas et mihi plane ignotas, tum ex eo quod dictam campanam commode circumire non potuerim. Secunda honori B. V. Mariae consecrata, anno 1534 fusa. Tertia, cum recentibus annis in lucem prodierit, hanc legibilem inscriptionem gestat: „In honorem s. Nicolai archiepiscopi fusa sum anno 1663. Minima gestat salutationem angelicam cum hac inscriptione: „Jesu Christo Dei filio vero Mesiae. Anno 1630. Elias Sambrak me fecit.“

Aream, seu atrium quod cathedralem Basilicam ambit, lustremus. Ad orientem habet oratorium Corporis Christi, ad occidentem aulam episcopalem, septentrionem versus domibus officialium, et ad meridiem muro clauditur, per quem e duabus portis aditus patet. In medio huius muri, quae plateam publicam respicit, surgit sat magnifica moles instar altaris, cupro tecta, arctiori tempore hortatore Joanne Ludovico Schoenlebio, Decano Labacensi insigni, et historiographo sui aevi, facile principe a S. P. Q. L. erecta, cum icone seu statua Matris Dolorosae, filium exanimem in gremio gerentis, tanta artis peritia expressa, ut omnium intuentium animas ad pietatem inducat. In summitate haec legitur inscriptio:

O pla, o DVLCIs Virgo MarIa.

Su ra statuam exstat hoc chronographicum:

sIC IesVM pla Virgo DoLet.

Tertia sub ipsa statua hanc exhibet paropsidem:

Mater DoLorosa

Voto pLorantIs popVLI aspIrato benIгна.

In basi vero legitur sequens inscriptio:

MatrI DeI

senatVs LabaCensIs posVIt.

Ad hanc statuam sabathinis diebus confluyente vicinia Litaniae Lauretanae decantari solent.

Inter ecclesiam et domum Vicariorum stetit venusta tilia, substituta famosae illae tiliae, quae 18. Julii anno 1672. hora 9. vespertina ingenti exorto turbine ventorum funditus eversa et decussa prosternitur. Sub hac tilia, cum sirius arderet, ad solis crepusculum, quiescere vicini et convenire solebant.

Processiones a festo solemni Theophorico usque ad festum s. Michaelis qualibet die dominica cum quatuor Initiis et Ssmo. per hanc aream institui solent. Stationes vero hae fuere: Incipiendo a plaga occidentali, locus est ubi sub turri primum cantabatur Evangelium; secundum ad septentrionem eo locorum, ubi in pariete aulae episcopalis visebatur imago depositionis e cruce Salvatoris nostri Jesu Christi. Tertium non procul a dicta tilia, ubi in pariete oratorii Corporis Christi conspeximus Matrem Dolorosam eleganti penicillo effigiatam. Quartum et ultimum plateam versus ad latus sacristiae Corporis Christi, ad imaginem eiusdem sacratissimi Corporis parieti impressam.

Non procul ab hac ultima statione exstabat horologium solare cum hac superna inscriptione:

VERITAS TEMPORIS FILIA.



Subtus vero legebatur:

SIC VELUT ASSIDUO LABUNTUR TEMPORA MOTU,  
ABBREVIAT VITAM QUAE LIBET HORA TIBI.

In extremitate templi juxta turrim campanariam intra duas portas principales, conspicitur imago s. Christophori, Salvatorem nostrum bajulantis, cuius effigiem sequenti pagina dedimus. (Conf. in ap. fig. 6.) Stupendae erat magnitudinis, altitudine etenim sua ipsum templum adaequabat.

Restat pro coronide huius capitis, ut inscriptiones et monumenta, quae tum hic, tum in suburbiis ac vicinis locis, ubi olim romani incolae urbis suas habuere villas et praedia, me hortatore collecta ad excitandam veteris urbis Labacensis gloriam, neofabricae accesserunt, annotemus. Initium sumamus ab illo, quod omnium primo in pariete sacristiae oratorium versus locatum est, cum sequenti inscriptione:

L. OCIATIVS TAR  
QVINIENS. VET.  
LEG. XV. H. S. EM.  
T. C. ALVENTIVS  
T. F. VET. LEG. VII. E.  
ET OCIATIA LL.  
EX PEC. TATA DE  
SVO POSVERVNT.

Quae sic sonare videtur: Laelius Ociatius Tarquiniensis, veteris legionis decimae quintae Hastatarius secundus Emon. Titus Cajus Aluentius, Titi filius, veteris legionis septimae eques, et Ociatia lugentes, ex pecunia, tutore authore, de suo posuerunt.

Non procul inde conspicitur aliud monumentum, cuius summitas duabus avibus colo retorto exornatur, ubi haec inscriptio legitur:

CATTIVS. SECVNDVS  
SIBI, ET CONIVGI  
SVAE, ET ENECO  
AVITO SVCCESSIO  
AN. XX. AVITVS  
AV. COM. ☉ AVIVS  
XXV. LATERTIO  
SA. IX. VIVS FEC.

Hanc inscriptionem sic exponimus: Cattius . . . secundus sibi et conjugi suae et Eneco Avito successio annorum viginti. Avitus augur comodus. Vixit Avius annis viginti quinque Latertio Satulio 9. an. vivus fecit.

Tertia inscriptio jam parieti immurata, inde erruta huc, ut cernitur translata est, quae sic sonat:

HERCVLI AVG. SAC.  
LEL. CLODIVS C. E.  
V. E. L.  
ALPINVS  
C. CLODIVS L. E.

CLA.  
CLEMENS

D.

Haec sic interpretari posset: Herculi Augusto Sacrum, Silius Clodius . . . .

Quarta inscriptio exstat parte altera cathedralis Basilicae, septentrionem versus, juxta portam lateralem huius tenoris:

VOLTARONTI  
VORANI F. VIVA  
FEC. † SIBI ET RVS  
TCO SECONS CONIVGI  
SVAE ⊖ AN. XXXX. ET  
MAXVMA ⊖ AN.  
XXV.

Sic sonare videtur hic cippus sepulchralis: Volterontia Vorani filia viva fecit sibi et Rustco Secons conjugii suae. Vixit annis quadraginta et Maxuma vixit annis viginti quinque.

Quintum monumentum, hac inscriptione insignitum exstat:

SEVERINVS  
ALVENTIS F  
VIVOS F. S. ET  
PARENTIBVS  
VALENTI QVARTAE

Sic sonat: Severinus Aluentis filius, vivus fecit sibi et parentibus Valenti, Quartae.

Sextum monumentum hanc inscriptionem incisam monstrat:

VENINAE VOLT  
REGIS F. S.  
BVIO SENNIVS  
VXORI SVAE EL  
SIBI, TVLIAE ET N  
VALTERON.  
GEN. SORORI  
ET SIBI, V. F.

Sic autem sonare videtur: Veninae Volt Regis filiae sacundae, Buio Sennius uxori suae El. . . , sibi Tuliae et nepoti. Valterontio, generi, sorori et sibi vivus fecit.

Septimum monumentum duo capita exhibet, inscriptis vetustate corrosa, ac tota pene attrita magnum nobis facessit negotium; quantum vero elicere potuimus has notas gestat . . . .

## CAPUT VIII.

### De domibus contignis cathedrali Basilicae servientibus.

Cum jure vicinitatis multa concedantur, quae alias non concederentur, licet nobis de Ecclesia cathedrali acturis, de domibus ad eam spectantibus et quidem modica quaequam, quae nobis absque exacta indagine innotuere, ad notam sumere. Inter has primum locum sibi vindicat „Praepositura“, e regione sacrarii cathedralis Basilicae sita. Major huic commoditas, [quam reliquis DD. Canonicorum aedibus. Ampliavit eandem Sigismundus Christophorus, de gente Comitum ab Herberstain, Praepositus

ac dein Episcopus Labacensis. Reformavit quaequam eiusdem successor Octavius, Comes Bucelleni. Restauravit eandem in pluribus reverendiss. ac ampliss. D. Joannes Bpta. Preschern, modernus Praepositus, vir insignis ac immortalis virtute praeditus, literarum et literatorum fautor, urbi nostrae et orbi notissimus. Adhaeret huic horticellus puteo instructus, qui licet inter ipsa urbis moenia copiosus esse non potest, commendatur tamen inde, quod ab eo facilis digressus ad delicias adnexi collis umbrosi augusto capitolio coronati, quas urbs tota ac imprimis horti vicinitate illi affines aestate excipiunt.

Domus Decanatus medium inter Widerkerianam et Carnerianam domum occupat locum. Commoditate gaudet ea quae hero sufficere possit, huic pariter servit horticellus ei adnexus, ac dignus, qui ob amoenitatem umbrosi montis eidem contigui priori comparetur. Agnoscit possessorem suum modernum Decanum Ioanem Antonium Thalnitscher de Thalberg, cathedralis Basilicae Labacensis, de qua fuit sermo, restauratorem, qui modo in aedibus Beneficiatus s. Georgii Mart., de quibus mox mentionem faciemus moratur.

Parochialis domus stat ad latus Praepositurae et confertur a celsissimo Principe Ordinario Canonico ad baculum. Modo occupatur a reverendiss. D. Georgio a Wettstain, Parocho et Canonico Labacensi, viro rarae pietatis et priscae bonitatis. Est huic puteus a salubritate aquae multum commendabilis cum horto sat amplo.

Hanc subsequuntur ceterae D.D. canonicorum domus, quae iisdem commoditatibus, quibus reliquae potiuntur, unica excepta, quae e regione harum cernitur, parte una oratorium archi-confraternitatis Corporis Christi, parte altera coemeterium P.P. Franciscanorum reformat. respiciens. Haec licet commoditatem horti non habeat, gaudet vicissim libero prospectu et speciali domus comodo. Incolitur haec a reverendiss. Joanne Pichio, seniore Canonico cathedralis Basilicae. Notandum hoc loco venit, quod quilibet DD. Canonicorum specialem habeat hortum extra Portam claustralem, floribus frugibusque spectabilem. — His viridariis non possumus non subnectere delicias, quas illi a fluvio Labacensi, qui horum terminos lambit, excipiunt, qui serum etiam in tempus eorum heros invitat ad hilaritatem capiendam.

Domus Beneficiatus s. Georgii, quam anno 1435. Primus Witschegk, civis Labac. condidit, reservato jure praesentandi Magistratui Labacensi, inter Carneri et s. Barbarae Beneficiati domum prostat. Nobilitavit hanc quam plurimum Joannes Ludovicus Schoenlebius, Carniolus Labacensis, Decanus, ac dein Archidiaconus inferioris Carnioliae, vir sui aevi facile historicorum princeps ac patriae Columbus, cum eandem 24 annis incoleret. Hic commune musarum domicilium vidisses, e quo, quasi e tripode Jovis, tot eruditissimi prodierunt libri. Cum immarcescibili tanti authoris fama, quidquid praeterea elegantiae habet, moderno possessori Joanni Antonio Thalnitschero, Decano Labacensi et Beneficiato eiusdem debet, qui eam undique reformavit, exornavit ac commodiorem reddidit. Hortus eidem adnexus caeteris, quos flora Labacensis intra muros urbis numerat longe palmam praepirit. Hic heri industria hortensibus deliciis refertus spectantibus genuinam parit delectationem et voluptatem: pascit etenim virore oculos, odore nares et reficit fruge hominem.

Domus Beneficiatus s. Barbarae inter dictam aedem et Praeposituram sita agnoscit fundatricem illustrem familiam Rauberianam, sago et toga claram. In eadem cernitur scutum marmori insculptum insignis illius Praesulis Thomae Crönn, Episcopi Labacensis, qui illam ruinosam anno 1621 restauravit.

Domus Beneficiatus ss. Trinitatis juxta oratorium Corporis Christi, qua parte septentrionem respicit, prostat. Haec inde commendatur, quod in quieto loco moretur, apto studiis et sacrae meditationi.

Restat modo, ut residuorum officiatorum aedes lustremus. Domus Vicariorum, olim sedes Praepositi Labacensis, licet magnam haud obtinuerit commoditatem, commendatur tamen ob quatuor prae-



rogativas: liberum aurae transitum, Labaci fluvii vicinitatem, loci tranquillitatem et Basilicae propinquitatem.

Huius latus occupat schola publica civitatis, ubi juvenus infima gratis instruitur. Haec vetustate sua dehiscens aliam praestolatur formam. In huius sarta et tecta Magistratus civicus incumbit. Inhabatur a Capellae magistro, seu cathedralis Basilicae musices direttore, qui teneram juventutem pariter musicâ imbuere tenetur.

Habet Sacrista cum Levitis quisque separatim domicilium. Aeditui pariter ac Basilicae ministri, quorum universim actu septem numerantur, viciniam dictae Ecclesiae cathedralis dispersim stipant, ut praesto sint ad servitia, quae omnia, cum de iis nil speciale notandum occurrit linquimus, ac ad neo-fundatorum DD. Canonicorum Labacensium aedes motum facimus. . . .

Adest jus exemptionis ab oneribus, quo Consul, Judex et Senatus liberat tres domos, quas emit Christophorus episcopus sub dato 15. April. 1534; e contra fecit Episcopus civitati murum a domo Molendini usque sursum ubi balneantur equi.

## CAPUT IX.

### De palatio episcopali.

Ad palatium seu residentiam episcoporum, quae ut luna inter ceteras domos ceu stellas fulget gradum faciamus. De veteri sede nobis omnia incomperta. Levis illa fuit, ut omnium rerum initium; praesentem vero molem suscitavit eruditione, magnanimitate et prudentia eximius praesul Christophorus episcopus Labacen. de illustri gente Raubarorum, ut monumentum lapideum, quod ad latus portae maioris palatii omnium oculis prostat, nos erudiet, quod sic sonat:

D. O. M.

CHRISTOPHORVS RAVBAR  
LAIBAC. ANTISTES AC PONTIFEX,  
SECOVIENSIS ADMINISTRATOR  
SACR. ROM. IMP. CAESARIS  
DIVI MAXIMILIANI, SVPREMVS  
BELLI VENETI COMISSARIVS. SACER-  
DOTII SVI VETVSTARVM AEDIVM  
ANGVSTIAM, AC DEFORMITATEM PE-  
ROSVS A FVNDAMENTIS DIRVTAS  
IN HANC NOVAM FACIEM, PVBLICAL.  
ELEGANTIAE, AC PRIVATAE COMMO-  
DITATI CONSVLENS, SIBI SVISQVE  
SVCCESORIBVS RESTAVRAVIT,  
BONISQVE VIRIS OMNIBVS PER-  
PETVO PATERE VOLVIT.

M. D. XII.

Coronat hanc inscriptionem insigne gentis Raubarianae. A quo architecto et quomodo initium fabricae datum, testatur alia inscriptio lapidi incisa ea parte palatii, quae orientem respicit, sequentis tenoris:

AVGVSTINVS TIERNVS  
OPERIS PRAEFECTVS  
IACTIS FVNDAMENTIS  
IV. NONAS MAY. AN.  
M. D. XII.

Qui hanc aulam restaurarunt, aut laudabili exemplo seu ampliarunt, seu exornarunt modo videamus.

Ulricus, Carinthiae Dux cessit anno 1277. pridie Idus Martii unam domum et aream in civitate Labacensi (stetit illa eo loco, ubi modo palatium episcopale) et stubam balnearem cum area contigua Monasterio Oberburgensi. Episcopus dedit plenam immunitatem jurium civicorum eiusdem.

Sigismundus Episcopus emit 3 domos pro aula episcopali anno 1476. Idem emit praedium a Melchiore Dawz anno 1477. die Veneris ante s. Martinum.

Ferdinandus Rex mandat sub dato 26. Maii 1533. Episcopo Christophoro et eius successoribus, habitationem eius Labaci vocari „palatium“, vulgo „Pfalz“, cui etiam concedit privilegium asyli, sive reorum confugii, eximit eius familiam ab omni castigatione cuiuscunque praeter Episcopum pro suis insolentiis.

Reinaldus Scalichius, X. Ep. Labacen., qui ad annum 1631. regimen suscepit, in sua prima relatione ad Pontificem refert: „Palatium episcopale, quod est Ecclesiae contiguum, minatur ruinam, quod magnis modo sumptibus restauro, et fere in duplum adaugeo; quod id mihi in calamitosis istis temporibus sit grave, B. V. humillime considerandum relinquo.“

Fridericus Otto ex comitibus de Buechaimb, perpetuam sui memoriam relicturus, palatii decus amplificare contendit, dum faciem exornare, ambitus restaurare, cubicula picturis condecorare non intermittit, in cuius rei fidem in triclinio visitur scutum gentilitium illustrissimae prosapiae comitum a Buechaimb.

Sigismundus Christophorus, comes ab Herberstein, porticum interioris areae, cum binis pergulis, seu peribolis, elegantiori et solidiori forma a fundamentis restituit, ac palatium in pluribus reformavit et nova suppellectili instruxit.

Ferdinandus, de gente Künburgica S. R. I. comitum, tractum illum superiorem, quae plateam publicam respicit, ab ungue reformavit, cubicula varia auxit, pretiosis picturis et sumptuosa suppellectili nobilitavit, hortum in castro Görttschach, quod Labaco duobus miliaribus abest, et recreationi principum episcoporum Labacensium majali destinatur, ampliavit, muro cinxit et ad voluptatem exornavit.

Constat autem haec aula atrio sat amplo, minori in quo stabulantur equi, non computando.

Surgit illa in tres contignationes. Infima servit aulae oeconomae, vulgo Schaffer, mediam occupant officiales cum famulatio, supremam Princeps. Per tres portas ad hanc datur accessus. Porta regia meridiem, altera orientem, tertia occidentem respicit solem. Totidem numerat scalas, unam regiam, binas secretas. Sacellum usui Principis destinatum, Dolorosae Virginis sacrum, eleganti icone resplendet. In hoc interdum sacri ordines dispensantur. Inclaruit Caesareis vestigiis haec aula: anno quippe 1660. augustissimus noster Imperator Leopoldus Magnus, cum 13. Septembris homagium feliciter susciperet. Nunquam sane tanta prius fuit isthic loci majestas. Vidisses ipsa die in conclavi suae Majestatis fidelissimos patriae proceres ad manuum osculum admissos. Spectasses splendidum et opiparum mensae apparatus; parte una, quae forum respicit militiam civicam in armis stantem, parte altera integrum bovem in conspectu omnium assari. Lautissimis epulis nobilissimos heros in supremis muniis hereditariis constitutos inservire et quemque officium suum praestare. Audivisses festivos tubarum et tympanarum

clangores, bellonam Labacensem, e suo arcis capitolio reboantibus per aera tripudiare tormentis, ac cives in armis stantes trina explosione sclopetorum, ut ajunt „Salve“, vectigalia deferre obsequia: omnium denique incolarum animos prae gaudio tantae praesentiae exsilire. Quae fusius de hoc actu tradidit, videatur Valvasorius, thomo tertio, Annalium Carnoliae, Lib. X. Fol. 380.

Hoc loco pariter consistoria, ubi causae matrimoniales et ad hoc forum spectantes ab ipso Episcopo vel ejus Vicario generali, coram ad hoc constitutis consistorialibus (qui a potiori ex DD. Canonicis, PP. Societatis Jesu et PP. Minoribus Franciscanis reformatis eliguntur) dirimuntur, celebrari solent.

Hoc loco memorandus venit actus publicus celeberrimae „Academiae operosorum“ Labacensium, anno 1701. in hac aula, sala majori, quae meridiem respicit, speciali indultu celsissimi principis Ferdinandi, episcopi Labacensis, qua summi Maecenatis litteratorum, maximâ solemnitate celebratus. Huic actui interfuere bini principes, totidem praelati, deputatorum collegium, religiosorum coetus ac ingens omnis conditionis litteratorum copia. Discursum academicum magno cum applausu formavit clariss. D. Joannes Stephanus Floriantschitsch de Grienfeld, inter Operosos dictus Tinnulus, quem festivi tubarum et tympanorum clangores et selectioris musices concertationes praecesserunt et comitatae sunt.

(Continuabitur.)

## VIII.

### Ali sme biti ženska za pričo pri cerkvenej poroki?

Primeril se je v nekež župniji sledeči dogodek. Bilo je napovedano, da bode poroka ob 10. uri zjutraj s sv. mašo. Župnik, ki ondi redoma poroča, imel je iti k pastoralnej konferenci in tedaj je delegiral kapelana za poročanje. Po določenem času pride svat, ki je bil sodnijski pristav, k kapelanu in pravi: „Zastonj čakamo nekega gospoda, da bi bil za pričo, pa ker ga ni, naj bi bila pa moja soproga za drugo pričo pri poroki.“ Kapelan se pomišlja, išče po knjigah, kaj da mu je stvoriti, a slednjič se uda temu nasvetu, vendar pa namigne, idoč pred altar, tudi cerkovniku, da naj gre ž njim, češ, ako se bode drugi moški podpis zahteval, podpisal se bode cerkovnik. Poroka je končana.

Ali bi bila pa poroka neveljavna, ko bi ne bilo cerkovnika vpričo? Ne. —

Prepričamo se tega v knjigah, ki o tem sicer nenavadnem slučaju povedó takó-le: Comp. Juris Eccl. Dr. S. Aichner pravi na strani 655 (de 1874) §. 187. Forma essentialis in matrimonio contrahendo. „Testes qualescunque sufficiunt ad validitatem, sive mares sint, sive feminae, dummodo usum rationis habeant, et eodem ambo tempore simul cum sacerdote corporali et morali praesentia assistant, atque de contracto matrimonio testari valeant.“ — Das Eherecht der Katholiken im Kaiserthume Oesterreich etc. Wien 1857 str. 75 omenja: „Die Qualification der zwei Zeugen, deren Gegenwart ausser jener des Pfarrers oder seines Stellvertreters gefordert wird, ist nicht näher bestimmt, doch dürfte wol aus der Natur der Sache gefolgert werden können, dass sie die Fähigkeit besitzen müssen, dasjenige wahrzunehmen, was sie nöthigenfalls bezeugen wollen.“ Brošura: Praktische Anleitung zum gesetzmässigen Verfahren in Eheangelegenheiten etc. v. Dr. Fr. Loberschner, Budweis 1857 pg. 187 pa govori: „Zur Giltigkeit der Einwilligung gehört ferner, dass sie vor zwei oder drei Zeugen erklärt werde, . . . es können sogar solche (Zeugen) sein, welche die Brautleute und ihre Verhältnisse gar nicht kennen, wenn sie nur zu bezeugen im Stande sind, was sie gesehen oder gehört haben, dass nemlich die beiderseitige Einwilligung wirklich gegeben wurde.“

Nobenega dvoma tedaj ni, da sme biti tudi ženska valide et licite pri poroki za pričo.

Temu tudi državne postave ne nasprotujejo. Občni državni zakonik tirja v §. 75, II. razd. s a m o n a z o č n o s t d v e h p r i č, ne da bi omenjal, ali naj sta moška ali ženski. In c. k. najviše sodišče na Dunaji je pred



kratkim, namreč z razsodbo od 12. julija 1881 št. 3918, potrdilo veljavnost necega zakona, [dasiravno je bila pri poroki jedna izmed dveh prič — ženska osoba, in siser še bližnja sorodnica nevestina. Isti zakon je bil potrjen nato brez ugovora tudi od cerkvene strani.

Zavoljo imenitnosti zakramentalnega dejanja in zarad pravnih nasledkov v javnem življenji se pa spodobi kakor omeni Kutschker, da se za priče navadno jemljó osebe moškega spola. A. Ž.

## IX.

### **Rechtzeitige Einklagung der Kirchencapitalien-Zinsrückstände betreffend.**

In der Regel glauben die Kirchenverwaltungen die Kirchenfonde vor Verlust genügend gewahrt zu haben, wenn sie bei Capitals-Zins-Rückständen nicht mehr als dreijährige Rückstände anwachsen lassen und sofort nach Verfall des dritten Jahreszinses die löbliche k. k. Finanz-Procuratur um die Einbringung der Klage angehen. Dieses genügt auch regelmäßig, um die Einwendung der Verjährung der Zinsen und die damit verbundenen Verluste hintan zu halten.

In neuerer Zeit hat jedoch verschiedene Kirchenfonde trotz dieser Vorsicht ein Zinsenverlust getroffen.

In Folge der vom obersten Gerichtshofe in seinen grundsätzlichen Entscheidungen dem §. 17 des Grundbuchs-Gesetzes vom 25. Juli 1871 R.-G.-Bl. Nr. 95 gegebenen Auslegung werden nämlich bei Vertheilung des Meistbotes für im Executionswege veräußerte Realitäten in neuerer Zeit dem Ersteher mit dem auf der Realität versicherten Kapitale nur diejenigen Zinsen zur Zahlung überwiesen, welche nicht länger als drei Jahre, vom Licitationstage zurückgerechnet ausschasten. Den älteren Zinsen wird, und zwar ohne Rücksicht darauf, daß sie bereits eingeklagt wurden, nicht dieselbe Pfandrechts-Priorität wie dem Capitale zuerkannt, sondern dieselben kommen erst nach sämtlichen übrigen Hypotheken oder in jener Rangordnung zum Zuge, welche ihnen in Folge der im Zuge der Execution erfolgten executiven Einverleibung gebührt. Hierbei reicht natürlich der Meistbot fast stets zur Deckung derselben nicht hin, so daß sie zu Verlust gehen. Da nun regelmäßig Hypothekar-Schuldner, deren Realitäten im Executionswege veräußert werden, längst keine Fahrnisse mehr besitzen und somit jeder Deckungsfond fehlt, so sind solche ältere Zinsen-Rückstände trotz der vor Ablauf der dreijährigen Verjährungsfrist erfolgten Einklagung gewöhnlich verloren.

Zur Hintanhaltung solcher Verluste ist es nothwendig, die Klage auf Zahlung der Zinsen-Rückstände zu solcher Zeit einzubringen, daß es noch möglich ist, die Veräußerung der Realität zu bewirken, bevor der dritte Jahreszins verfällt. Da nun die Durchführung des ganzen gerichtlichen Verfahrens bis zur executiven Veräußerung der Realität immer beinahe ein ganzes Jahr in Anspruch nimmt, erscheint es gerathen, einen Zinsen-Rückstand sofort einzuklagen, sobald der zweite Jahreszins fällig wird, so daß das Jahr bis zum Verfall des dritten Jahreszinses zur Durchführung des gerichtlichen Verfahrens genügenden Spielraum gibt.

## X.

### **Literatur.**

In der Herder'schen Verlagsbuchhandlung zu Freiburg in Baden ist vor Kurzem eine neue, mit der seithe- rigen ganz gleichlautende, nur in der Ausstattung und den Bildern verbesserte Ausgabe von „Dr. J. Schuster, Biblische Geschichte des Alten und Neuen Testaments“ erschienen. Diese Ausgabe ist auf Anordnung des hohen k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht für den ausschließlichen Gebrauch in den österreichischen Schulen veranstaltet worden. Einzel- preis für Oesterreich geb. in Leinwandrücken: 44 Kr. D. W.

## XI.

**Firmung und canonische Visitation.**

Mit Bezug auf die Verlautbarung in der letzten Nummer des „Diözesanblattes“ Seite 56 wird des Weiteren hiemit bekannt gegeben, daß im Wippacher Thale die Firmung resp. canonische Visitation an folgenden Tagen stattfinden wird:

Am 23. April in St. Veit bei Wippach und am 24. April im Markte Wippach, in welche zwei Orte auch die Firmlinge aus den übrigen Curazien des Wippacher Decanates zum Empfange der hl. Firmung gebracht werden sollen.

## XII.

**Concurs-Verlautbarung.**

Die vom Patronate des Gutes Thurnlack abhängige Decanatspfarre Zirkniz ist durch Beförderung in Erledigung gekommen und wird dieselbe unterm 24. März d. J. zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an die löbliche Inhabung des Patronatsgutes Thurnlack zu stilisiren.

Die Pfarre St. Helena im Decanate Moravče ist gleichfalls in Erledigung gekommen, und wird dieselbe unterm 6. April d. J. zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain in Laibach zu richten.

## XIII.

**Chronik der Diözese.**

Dem Pfarrdehante in Zirkniz, Herrn Johann Oblak, wurde die dem Patronate des jeweiligen Bischofes von Laibach unterstehende Stadtpfarre in Stein mit der Würde eines Dehantes des Decan albezirktes Stein verliehen.

Der Pfarrer von St. Helena, Herr Johann Oblak, wurde für die Pfarre Franzdorf (Borovnica) und der Pfarrcooperator in Haselbach bei Gurkfeld, Herr Franz Jarc, für die Pfarre Neudegg (Mirna) präsentirt.

Auf die vacante Pfarrcooperator nach Rieg (Reka) wurde der Weltpriester Herr Jakob Sušnik decretirt.

Der Pfarrcooperator in Gereuth (Rovte), Herr Johann Žan, wurde in den zeitlichen Ruhestand versetzt.

## XIV.

**Einladung zur Einsendung des Pränumerationspreises für das „Laibacher Diözesanblatt“.**

Weil der Inhalt des „Laib. Diözesanblattes“ heuer etwas erweitert worden ist, so muß auch der Pränumerationspreis um 50 kr. erhöht werden, und es werden demnach die P. T. Herren Abonnenten ersucht pro 1882 den erhöhteten Betrag pr. 3 fl. mittelst Postanweisung an die fürstbischöfliche Ordinariats-Kanzlei einzusenden.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 6. April 1882.